Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



GVOT·I·

minus qui eruit me de manu leo
ms ⁊ de manu vrsi ipse liberabit me
de manu philistei huius. Dixit
aut dauid ad saul ad dauid. Vade
dominus sit tecum. Et induit sa
ul dauid uestimentis suis ⁊ imposuit
galeam eream super caput eius ⁊
uestiuit eum lorica. Accinctus
ergo dauid gladio eius super uestimen
tum suum cepit temptare si armatus
posset incedere. non enim sciebat con
uetudinem. Dixitque dauid ad sa
ul. Non possum sic incedere quia non
usum sceo ⁊ deposuit ea ⁊ tulit ba
culum suum quem semper habebat in
manu et elegit sibi quinque lumpidis
simos lapides de torrente ⁊ mitte
os in peram pastoralem quam habebat
secum ⁊ fundam in manu tulit et pro
cessit adversum philisteum. Ibat at
philisteus incedens ⁊ appropiabat ad
uersum dauid ⁊ armiger eius ante
eum. Cumque inspexisset eum phi
listeus ⁊ iudicaret dauid despexit
eum. Erat enim adolescens rufus
⁊ pulcher aspectu. Et dixit philiste
ad dauid. Numquid ego canis sum
quod tu uenis ad me cum baculo
⁊ maledixit philisteus dauid in dis
suis. Dixitque ad dauid. Veni ad me
⁊ dabo carnes tuas uolatilibus celi
et bestiis terre. Dixit autem dauid ad phi
listeum. Tu uenis ad me cum gla
dio ⁊ hasta ⁊ clipeo. Ego autem uenio
ad te in nomine dei domini exercitu
um agminum israel. cui exprobrasti
hodie ⁊ dabit te dominus in manu
mea ⁊ percutiam te ⁊ auferam caput
tuum ⁊ dabo cadauera castrorum phi
listiim hodie uolatilibus celi ⁊ bestiis
terre ut sciat omnis terra quia dominus
deus israel ⁊ nouerit uniuersa ecclesia ⁊ ex hoc
quia non in gladio nec in hasta salua
dominus. ipsius est enim bellum ⁊ tra
det vos in manus nostras. Cum ergo
philisteus surrexisset ⁊ ueniret et
appropiaret contra dauid festinauit
dauid ⁊ cucurrit ad pugnam erga
uersus philistei ⁊ mittit manum sua
in peram tulit unum lapidem ⁊ fi
da eiecit ⁊ circumducens percussit phi
listeum in fronte ⁊ infixus est lapis
in fronte eius ⁊ cecidit in faciem
suam super terram prualuit quidem dauid
adversus philisteum in funda ⁊ lapi
de percussum et philisteum interfecit
Cumque gladium non haberet in manu
dauid cucurrit ⁊ stetit super philiste
⁊ tulit gladium eius ⁊ educit de va
gina sua ⁊ interfecit eum. Preciditque
caput eius. Videntes autem phili
stiim quod mortuus esset fortissimus
eorum fugerunt ⁊ consurgentes
uiri israel ⁊ iuda conclamauerunt et
persequti sunt philisteos usque dum
ueniretur in uallem ⁊ usque ad por
tas acaron. Ceciderunt quidem uulna
ti de philistiim in uia sarim usque ad
geth ⁊ usque ad acaron. Et reuerten
tes filii israel postquam persequti fuerant
filios israel philisteos in uastauerunt
castra eorum. Assumens autem dauid
caput philistei attulit illud in urbem
arma uero eius posuit in tabernaculo
suo. Eo autem tempore quo uiderat sa
ul dauid egredientem contra phi
listeum ait ad abner principem
militie suie. De qua stirpe descen
dit hic adolescens. dixitque abner
viuit anima tua rex si nouerim. Et ait